

S. 4. Hanc etiam harum vocum emphasis in multis, si non in omnibus N.T. locis spectari posse existimatus. Ita quando ratio humana dicit: illa, quæ non videntur, nec visa sunt, non esse; Fides huic assertioni falsæ contradicit, & rationem producit DEI autoritatem sive Scripturam dicentem ac propterea Fides dicitur ἐλέγχος. Et quod à quovis Sapiente requirit Philosophus, ut non saltem vera docere, sed etiam salsa proponenti ex propriis suæ scientiæ principiis contradicere queat, ipsumq; ita ἐλέγχειν: Idem à Sapiente Theologo exigit Apostolus, ut sc. Veritati Theologicæ contradictentes ex suæ sapientiæ fontibus ἐλέγχειν sive redarguere possit.

arv. l. 1. Nov. l. 1. idc. V. X. q. 1
dicatur in Epist. ad Tit.
c. 1. v. 9, 13.

S. 5. Harum vocum vis si observetur in c. 16. Joh. Locum illum, qui continetur v. 8, 9, 10, 11. & aliás difficilior videtur, satis facilem & Scripturæ maximè conformem admittere explicationē putamus; verba sunt notissima, ιητὸν ἐλθὼν παρεῖκλητον ἐλέγξει τὸν κέσμον τοῦ ἀμαρτίας ιητὸν τοῦ δικαιουόντος. ιητὸν τοῦ κερδεως etc. Quid sit ἐλέγχειν ἵνα τοῦ ἀμαρτίας id ex c. 8. v. 46. constare poterit; ubi Salvator ad Calumniatores Pharisæos dicit; Quisnam vestrum arguet me de peccato, quasi diceret; Ego dico me nullum unquam peccatum commisisse, adeoq; me non esse peccati servum, quemadmodum vos estis, juxta v. 34. Quis vero ex vobis mihi contradicere poterit ratione indubitatâ productâ, vel quis contrarium probare poterit certâ & firmâ ratione, ut meam assertionem ita falsitatis convincat.

S. 6. Non absimili modo præfens locus explicari poterit. Mundus dicit non dari 1. Peccatum 2. Justitiam, 3. Extremum Judicium, quæ primaria certè erunt capita fidei Christianæ adversantia, Spritus S. v. quando venerit, hiscè omnibus contradicet, probabitq; contrarium rationibus firmissimis. I. quod detur pec-